Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9083
Copyright: Melk, Benediktinerstift



v Sunt enim gemme duae naturae exquibus una res efficitur. sicut duae naturae exquibus una ps. na xpi est

4 Nam catholici dicunt xpm ex utrisque consistere similiter et eutices. In hoc quoque loco concordant. et in hac parte proxima est catholicorum sententia sententiae eutycetis. sed ex altera parte catholici et dicunt in utrisque manere. quod eutices negat. Cum eutices dicit ex utrisque consistere. vel potest ad unationem non manean due naturae. Catholici vero ita ut per adunationem utreque maneant. Cum quoque ita eutices quam catholici dicant ex utrisque hoc vero diverso modo intelligant recte eq voceum. et univoce appellari potest quod ex utrisque et amphibolum. id dubium. quod duplex est sententia merito amb. i gua.

utrisque xpm consistere. Alter vero modus ex utrisque consistendi. quod iam ex duabus iunctis est. vel illa tamen ex quibus iunctis esse dicuntur maneant. nec in alteram vertant. Ut cum dicimus coronam ex auro gemisque compositam. hic neque aurum in gemmas translatum est. neque in aurum gemma eiusdem. sed utraque manent. nec forma propriam derelinquunt. Tales quoque modi sunt ex quibus constantia. cum in his constare dicimus. ex quibus constare possumus dicere. Tunc enim possum dicere coronam gemis auroque consistere. Sunt enim gemme atque aurum. quibus corona constat. Cum igitur utrasque permanere naturas in xpo fides catholica constet. perfectasque easdem consistere. nec alterum in alteram transmutari. Iure dicitur et in utrisque naturis xpm et ex utrisque consistere. In utrisque quidem. quia manent utreque. Ex utrisque vero quia utrarumque adunatione manentium unus persona sit xpi. Non autem secundum eam significationem utrisque naturis xpm iunctum esse fides catholica tenet et secundum quod eutices pnuntiat. Nam ille tale significationem iunctionis ex utraque natura sumit. ut ex utreque in utrisque consistere. neque utrasque manere. Nam in priori mixtura mel et aqua. inquit illud quod ex utrisque iungitur constat. Catholicus vero eam significationem ex utrisque consistendi sumit que illi sit proxima eaque conservat quasi simili dicit xpm ex utrisque consistere. que in utrisque consistere constet. Aequivocum igitur est ex utrisque consistere. Ambiguum quoque amphibolum. et gemina significatione diversa significans. Una quidem significatione non manere sub ea natura. sed tamen ex utraque substantias. ex quibus illud quod copulatum est dicatur esse iunctum. Alio modo significans ex utrisque iunctum. ut utraque permanent. Hoc igitur expedito equivocationis atque ambiguitatis nodo. nihil est ultra quod possit opponi. quin id sit quod firma veraque fides catholica cunctis. Eundem xpm hominem esse perfectum eundem